

super quod Irminfridus fugaret. Unde dorsa ver-
terunt a Theoderico circumvallantes castrum,
ponentes se super praesum unum in parte me-
dionali. Altera vero die expugnauerunt allo-
dium ante castrum, quod comburuerunt igne.

igni.

+fcccxlvi

L

Postea vero Saxones ponentes se ad partem oppo-
sitam. Et tandem illi, qui fuerunt in castris
videntes se non posse servare castrum, apertis
portis excurrentes viriliter se defenderunt, mitten-
tes tela in Saxones et ac gladios pugnantes pro
hereditate ac patria eorum, pro uxoribus et filiis
ac pro se ipsis et corporibus eorum. Sed Saxones
pugnauerunt pro honore et victoria et etiam pro
ademptione terre. Unde ex Thuringis multi inter-
fecti sunt et sauciati, sed ex Saxonibus sex milia
interempti sunt.

Tunc Irminfridus rex dicens fugam Iringum
cum omni thesauro suo ad Theodericum, sorori-
um pacem petens et gratiam et dixit: Domine
mi rex, hec dona mittit tibi Irminfridus
dominus meus, olim amicus tuus et consanguini-
us et propinquus, modo autem servus tuus,
rogans et flagitans pro gratia tua et ut sis
sibi graciosus et memoris sororis sue pauper-
cule, cui etiam sis graciosus ac puerorum eius,
quia iam degunt in magno periculo. Et post-
quam Iringus legationem suam cum fletu
expleverat, tandem domini, qui etiam dona
ab ipso acceperant, dixerunt, quod bene deceret
regi illa non contradicere et tantam legationem
non spernere, sed amicitabiliter suscipere et
graciosus esse cognatis suis et etiam melius
esset, ut in fidelitatem ab eo suscipere, quem
vicerat tali modo, quod nunquam amplius
forte lese contra eum caput levaret, quam
quod populus ille ruralis Thuringiarum
acquireret et indemnitas et post hoc regnum
Francorum ab hiis populis magnum detime-
tum et disturbatum pateretur ac angustiari.
Propterea melius esset suscipere Thuringos et quod
ipsi rurales illos homines unanimiter a

+fcccxlvi